

①
Stephanus DEI gratia Rex Poloniae, magnus
Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae et
Princeps Transyluaniae.

De
Sincere nobis dilecte. Grauius et arduis Reipub.
negotijs adducti, simulq. paci et tranquillitati communi consulere
uolentes, quod huiusmodi negotia inciderint hoc tempore, quae salutem
et incolumitatem terrarum Prussiae, sive adeo totius Regni nos tri
respiciant, conuentum specialem terris omnibus et Palatinatibus
ac districtibus Prussiae communem, ex Sententia Senatus nos tri,
dicendum diximus, presentibusq. iudicamus et promulgamus, Graui,
denti, ad diem quintam mensis Ianuarij, anni sequentis. Hortamur
itaq. Syn. tuam, ut ad eum Conuentum, pro die superius expressa,
Grauentium sese conferat, atq. ibi, de rebus his quae nostro nomine
proponuntur, una cum ceteris, consulat, in eoq. nobis et Reipub.
studium et officium suum probet. Bene ualeat. Date Thuronij
die 22 Decembris Anno Dni 1576. Regni uero nostri
anno primo.

Stephanus Rex Supst
2

